



Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.
Ca
8.9
9.8
10.6
Ca
14.
15.
16.
Ca
20.
21.
2.



29
31

Honoratissimis secundum Sponsis,
V I R O
Nobili & Spectatissimo,
DN. JOHANNI SLOCOMBE;

Ac
Nobili, Lectissimeq; Fæmine

VR SVLÆ HODSONIÆ:

Spectabilis p. mem.

DN. AMBROSII PAYNII

Rel. Viduæ

Auspicatis, festivitatem 17. Jun. celebrantibus

Secunda quæq; precantur

A. T. C.

***** (*) *****

Typis BODENHAUSII ELBINGANIS

M. D. C. XLI.



Ambrosio semper fuit *Vrsula* grata ferina;
 Ipse suæ *Vrsullæ* dulcior *ambrosiâ*.
Barbara barbarie nescivit obesse *Iohanni*,
 Quin potius studuit culta subesse viro;
Barbara barbariem necis est experta, *Iohannes*
 Disponente DEI Numine salvus agit.
Ambrosium, *ambrosiam* cœli gustare, necis vis
 Sustulit, at superest *Vrsula* salva suis.
Ambrosii mortem tulit *Vrsula*; sicq; *Iohannes*
Barbaræ amatrix, non sine cordolio!
 Quos misero nuper luctu depressit, eosdem
 Nunc vocat ad thalami gaudia sancta DEUS:
 Obsequium præstare DEO decet. Ergo *Iohannes*
 Jusfa facit prudens, *Vrsula* jusfa facit.
 Quisq; vocat Sponsum generoso sanguine natum,
 SLOCOMBE, adjiciens vota secunda thoro.
Vrsula, quæ generis clari de gente Britannâ,
 HODSIADVM, Sponse vota locumq; tenet.
 Muneris ergo mei Sponsis vovisse SECUNDA
 Faxit sancta TRIAS sint rata vota precor!
Vrsula sit Sponso pergrata ferina *Iohannis*,
Vrsula amet Sponsum, sit diuturnus amor!
 Conjugium vestrum sit ut omni ex parte SECUNDVM,
 Heic vos jam cingens clara corona vovet!

Secundis nuptiis
 secunda precatur

DAVID HOLSTIVS.
 Dn. Sponsi affinis.

IEHOVA
Verticordius.

Flecte *Iugatio* tua, gens immersa tenebris,
Genua, *Domiduca* supplica,

Manturna, quibus & pudor abdic nomina castus
Post *Virginensem* quam vocas.

Quin *Venerem* venerare lubens, dic mater amoris;
Nec adde, cuius sit terè

Cypria quæ fertur multis dea mater amoris:
Sed adde *Verticordiam*

Dignati fuerint *Venerem* vocitare quòd olim,
Cæti *Quirites*, mulierum.

Hæc Romanarum quasi quodam tempore *corda*
Vertuset à libidine.

Nos, quibus hîc quod habent mortalia pectora cœcæ
Noctis superna gratia

Deterfit, cultum si non ridebimus istum,
Vicem tuam dolebimus.

Nempe, virum thalami bene cum consorte *jugare*,
Non est opis sic ludicræ

Efficit hoc DEUS ipse, *domum ducitq; manere*
Nuptamq; cum viro facit.

*Corda*q; si spectes: quis novit *vertere corda*?
Opus DEI solius est.

Inflectit sensus, animos hûc pellit & illuc
Solus DEUS, facit DEUS

Solus, amor nobis quò verset in osibus ignem,
Est ergò *Verticordius*

Solus, & hîc liceat si cætera spargere verba,
Domiducus est solus, venit



Manturansq; piis solus celebrandus I O V A,

Dicanda vota cui tori.

Ceu VOS, SPONSORUM PAR NOBILE, vota dicâstis

Post fata tristia Conjugum.

Vos ubi primus amor deceptos morte fefellit,

Potuistis id nec dicere:

Est jam pertæsum thalami, tedæq;, jocante

Ni forsan ore; vel, meos

Qui primus, quæ p̄lma sibi me junxit, amores

Sic prorsus omnes abstulit.

Ut clausos habeat, secum seruetq; sepulcro.

Quare benignus audiit

Vos DEUS. Agnoscunt cæstæ vestigia flammæ

Ignemq; laudant mutuum.

Vos inter jam non tantum qui Drusida caram.

Vel incolunt, vel accolunt:

Verum, quem remorēt vada falsa recepit & Anglus,

Ni fallor, istud nuntium:

Ac isto bona verba die cum pectore fundet

Gratante, lætis accinens

Nobis. IHOVA tori socialis fautor & autor

Bea benignus hunc torum,

Nunc quæ gaudemus sacris & in hisca maritis

Fac sempiterna gaudia.

honori nuptiarum

consecrat.

Gregorio Menningero,
Gymn. patrii Cohrect.



SCHEMATIS MVVS
ORTHOGRAPHICVS.

P **PEINIA** laudo tuum factum, viduata **Marito**
Fila quod illius nava legisse cupis.
Eloqvar an fileam? fileo: sunt nota **SLOCOMBO,**
Indubiis signis **PEINIA** nota tibi.
Fors mage nota **DEO**, qui **Nobile** pectus utrumq;
Illius atq; tuum firmitus hisce ligat.
Pol ita: **SLOCOMBVM** defunctus **PEINIUS** olim
Prole sibi nata, *Compater* esto, rogat.
Quid modo per mortem **Memorato** **Patre** remoto
SLOCOMBVS? legitur *Compater* ecce **Pater!**
Et meritò: tacitè hoc voluit jam **PEINIUS** olim,
PEINIA tu nolles? credat **Apella** **Pater.**
Non ego: **SLOCOMBVS** jam **Sponsus**, **Sponsa** vo-
PEINIA, non fiet *Compater* ille **Pater?** (catur
Est **Pater**; ò felix voveo sit *Apharesis* illa,
Gratior ut quondam *Prosthesis* ejus erat,
Quando suo **Capiti** **COM** lætius attulit istud,
Vt **Pater** audiret **COMPATER** inde novus.
O mihi permultum salвете, venite **Vocata**. |
Ad **Thalamum** mea vos **Schemata** grata novum.
Sit comes, è **binis** conflare *Synaresis* unum
Quæ solet, atq; novi firmet amoris opus.

E me-

E medio nec se subducat *Epenethesis* alma,
Synopa de medio qua tulit, illa lauat.
Rursus at in binum diffilare *Diaresis* unum
Quæ peramat, voveo, sit procul atq; procul.
Exulet & Mortæ bene longo tempore *Imesis*,
Sera Polum versus quod *Paragoga* vehat.

Honoris & boni ominis ergo
ob oculos posuit

Johannes Cramerus,
Gymn. patrii Docens.

SOPHISTICA VENERIS.

W En seiner Gevatterinn/
Der geehrten Frau Peininn!
Wolt Herr Slocomb seyn nicht meh
Ein Gevatter mit dem Ge:
Ohne Ge Gevatter seyn
Ihm viel besser wolte ein.

Nemblich lieber Vater seyn/
Das hat ihm genommen ein
All Gedancken Muth ond Sinn!
Wo er sich gewendet hin:
Was an ihm nur war/ sprach Geh
Zu der lieben Galatee.

Aber

Aber alls war abgekehrt
Als wer er ihr gar nicht wehrt
Ein hart Herke von Demand
Trug sie für ihm unverwand,
Fraw Peininn sein Galatee
Immer sagte weg Geh/ Geh.

Venus Sohn der lose Knab
Auff die Wort scharff achtung gab
Wald ihm in das Ohr einbließ/
Sagt Her: Slocomb habe gewiß/
Schimpff vnd Ernst hier läuffet für/
Weg Ge ist erwer begier.

Halbe Lieb ist dieser Haß/
Wenig Rauch/ glüet desto baß/
N. nur drüber siehet hie/
So ja ist gewesen nie
Ein Buchstab/ drum send gemue
Ewre Sach ist numehr gut.

Was ihr sagt/ das saget Sie/
Weg Ge/ das ist eben hie/
Send also/ weits heist Weg Ge/
Vatter/ nicht Gevatter meh;
Andre Pfeile darff ich nicht/
Dieser ihr das Herke bricht.

Heri

Herz Slocombe darauff lacht/
Fraw Peinin nichts anders macht/
Sols ja so seyn/ saget Sie
Weg Ge/ Slocomb je vnd je
Señ Gevatter ohne Ge
Vatter in der neuen Eh.

Also sprach sie/ daß der Quell
Englischen Brunnß laut vnd hell
Mit seiner Baumschul/ davon
Herz Siefert hat Ehrenlohn/
Wiederschellet meh vnd meh
Überall Weg Ge/ Weg Ge.

Das wehret so immer fort/
Daß man nichts als Vatter hort/
Bis die Abendröhte kam
Vnd die Nacht den Tag wegnahm/
Der Prediger segnet ein/
Daß alls mög ersprießlich seyn.

So sehs: Ihr Nymffen stimmt zusam
Aus dem Ja zum Vatter nahm
Weg mit dem Thon aus dem G
Bis zur Zeit/ da diese Eh
Wiederumb hieß bitten gehn
Daß man solt Gevatter stehn.

Affinitati decantabat

Johan Cramer.





29
31

A

Honoratissimis secundum Sponsis,

V I R O

Nobili & Spectatissimo,

DN. JOHANNI SLOCOMBE;

Ac

Nobili, Lectissimæq; Fæminæ

VRSVLÆ HODSONIÆ:

Spectabilis p. mem.

